

# In Lib. primum Dioscoridis.

103

*differens, sic inquit. Resma omnes desiccant, & exalcent. Ceterum inter se discrepant, quod plus; ac minus habeant in gfluxo quidem acrimoniam, in facultate uero caliditatem: tum quid aliae plus, aliae minores fortiter sunt partium tenuitatem, praeterea quod nonnullae adfrictionis sunt partices, aliae nequaquam. Primas meritis omnium non iniuria lenticina: eam vocant masticham. Nam propterquam quid paucula ei adest adfrictione, adeo ut stomachi ventrius, & iecoris imbecillitatem, & phlegmone conuenient, insuper illi inest mordacitate sacrae desiccatio: minimè enim acris est, & maximè tenuum partium. Inter alias prefertur terebinthina, manjellam quidem, non tamē similiter atque mastiche, adfrictionem possidens. Ceterum adiuvent habet amaritudinem quandam, per quam magis etiam, quam mastiche dicitur. Ob eandem qualitatem inest & adstringit, tanta quidem, ut & pectora sanet, quinetam quo in profundo resident, ceteris resinis magis attribuit, nimirum cum illis maiorem habeat partium tenuitatem. Attamen picea, & haec etiam mastigis strobilina acrores quidem easint, sed non magis tamen digerunt, neque atrahunt. Media inter haec sunt pinea, & abietina, acrores quidem terebinthina, minus tamen, quam aut picea, aut strobilina. Habet porro etiam emollientis quiddam terebinthina: secundum locum habet in emollientia lenticina, sicut & cyparis fine acrimonie. Et lib. 111. de compositione medicamentorum per genera inquit. Etenim cera ad liquiditatem multo pingui indiget: atrefine, & que quidem aridae proferuntur sunt, modico: liquida & fiscana quandam substantiam ad emplastria crassitudinem affutare posulant. In ceras igitur non magna humiditas, ac siccitas differentia est: in resinis, sicut etiam in piceis generis contraria, arida ab humidis permutantur. Omnia ergo resinaria siccissima est, quam nonnulli frictam, alijs colophoniam appellant. Huic succedit, que ex fibilibus impura, nec frixa sumitur, quam si purges, in frictam mutabatur. His ambabus scior est, que dictur pinyon physema, ac si dicatis pinea germinatio. Hanc sanè, ceu squallidam in praefatis emplastri compositionem non esse idoneam ratius, adieci & iussi autem sum fricta, & liquidis. Iam uero ex his quoque nonnullis diutius liquido permanent, quemadmodum terebinthina, dia citò inarcescunt, sicut strobilina: media utriusque est abietina. Quintam facultate calidior est quidem strobilina, mox uero abietina, deinde terebinthina, cupressi resina misere non diffusa sum, ut que nonnihil adstringeret. Putabat forsan aliquis nobiscam dissentire Diocoridem & Anazarbeum in sermone de resinis haec uerba scribentem, primo de medicina materia commentario. Ex omnibus resinis principatum terebinthina datur, post eam lenticina, tum ei, que de pinu raditur, & abiete, post quis picea, strobilinaque numeratur. In his enim Diocorides tanquam ex infimo strobilina, opima uero terebinthina sentire uidetur. Verum ego ex his tribus resinis strobilina, abietina, terebinthina, principem certe strobilinam calorem, secundam abietinam, postrem terebinthinan esse dixi, haec de resinis Galenus. Sed hanc in re animaduertendum est, quod hoc in loco ceteris strobilinam non aliter preferat Galenus, nisi quod omnes caliditatem tantum antecellat: squidem in uniuersum in medicamentis compendiis Diocoride de nequaquam dissentit, uidelicet quod inter omnes terebinthina primas occupet sedes, ut paulo post declarauit, dicens. Inter resinas optimam, tanquam medicamentum in multiplices usus accommodatum, meritò terebinthinan affirmaueris, non tamen calidatē primas obtine. Arbor, que Græcè τερέβινθος, Latinè Terebinthus appellatur, Arabice, Baton, Boton, Botin, siue Alboin: Italicè, Terebinho. Resina uero ita Latinis vocata, Græcis ἡράν nuncupatur: Arabibus, Ratim, siue Natig: Italis, Raga: Germanis, Hartz.*

Piæza ἐρπα.

PIX LIQVIDA.

CAP. LXXVIII.

**P** IX liquida, quam alij conum vocant, è pinguisimis pini, piceaque lignis congregatur. Optima est splendens, lyncera, lauis. Contra venena, phthisim, purulentam excretionem, tustis, suspiria, & pectoris humores, qui difficile extulsiuntur, efficax est, eclegmate cyathī mensura cum melle dato: tonsillarum & vix inflammatiōes, anginae quoque vtile perunguntur: purulentis auribus infunditur cum rolaceo, & illinitur cum trito latepantium moribus: adiecta verò pari cera, labros vngues extricat, imperiginosque emendat: vulua durioris, ac sedis tubercula discutit: cum farinaq; hordeacea & pueri impubis urina decocto, ltruma rumpit: cohibet vlcera, qua serpunt, cum pineo cortice, aut sulphure, aut furfuris illita. Ceterum cum thiris manna, & cerato profundos vlcerum sinus conglutinat: rimis sedis, & pedum magno auxilio illinitur: vlcera replet, & cum melle purgat, quin & cum sua pafia, & melle carbunculos, & putrida vlcera emarginat, disrumpitque. Eroentibus medicamentis, quas lepta uocant, probè immiscetur.

Piæza ἐρπα.

PICINVM OLEVUM.

CAP. LXXIX.

**E** Pice fit quod piffelion appellatur, separato liquore aquoso, qui supernat pici, sicut serum (laeti.) Nam expanda, quandiu pix coquitor, supra cortinam vellera pura madefactum, acceptoque halium eius exprimitur in vas, idque tardi fiat, donec pix coquatur. Quas pix liquidā, præber vtilitates: alopecias capillo replet cum farina hordeacea illitum: quibus & liquida pix medetur: iumentorum vlcera, scabiemque emendat.

Orib. non legit.

Arypnū τῆς οὐρανού.

FVLIGO LIQVIDAE PICIS.

CAP. LXXX.

**F** It hoc modo è liquida pice fuligo. In lucerna noua, quæ ellychnium habeat, nonnihil picis incremento, lucernamque fictili uale in clibanī speciem conformato, superiorius in angustum fornicate, inferius perforato, ut clibanī esse solent, operito, & aduleri finito; consumptaque liquore nouum infundito, quoad sufficiētem vñi fuliginem collegerit. Vis ei altringens acrisque. Vñi est ad pigmenta, quibus palpebras lidunt, & venustant. & ad circumlitiones. Item ubi glabris genis pilos restituit oportet, ad imbecilles, lacrymosoque oculos, insuper ad corundem vlcera non inutilis est.

Piæza ἐρπα.

PIX ARIDA.

CAP. LXXXI.

**L** Iquida pix decocta in spissam coit, [quam vocant aliqui palimpissam,] quo in genere quedam vicifici modo lentescit, [boscas cognominata:] altera secunda est. Probatur pura, pinguis, & odorata, sub-

Conclusa nō  
legit. Or. b.

G 4 rufa,

rufa, resinosa. Talis Brutia, & Lycia picis, resineque simul naturam habentes. Calfactoriam uini habet; dura emolliit, pus mouet, tubercula panoque discutit, vulcera replet; vulnerarijs medicamini bus commode permiscetur.

Zetina

ZOPPISSA.

CAP. LXXXII.

**Z** Opifiam aliqui aiunt derafam nauibus resinam cum cera, quam alij apochyma appellant. Ea dissipandi naturam haber: quoniam marino sale macerata sit. Alij pincam resinam hoc nomine vocauerunt.

**T** Ametsi de pluribus Picis generibus, de oleo, earumque fuligine diversis, ac proprijs capitiis differat Dioscorides, cum tamen horum omnium historiæ notior sit, quam ut à nobis explicari debet, opere prerium non est, ut de his pluribus agamus. Sed quoniam fortasse nonnullos deleget audire, quoniam modo pix ipsa conficiatur, ut illis & nibi sit sati-  
factum, hic rem paucis aperiam, omniaque de ea referam, qua Tridentino trahi in Fleriarum montibus coram clare per-  
spexi. Si ergo picem, qua passim naualis dicitur, eo quod picandi nauigis sit aptissima, artifices conficiunt. Vetus pines,  
qua profusa teda conficitur, in particulas securibus concidunt, ut ex aliis arborum truncis ad carbonis opus fieri  
solet. Deinde vero area ex creta paupiter in medio paululum elata, extremitatibus aquiliter dependentibus, ut liquor è te-  
da refusans candalem totam aream ambientem facilis defluere possit. Itaque conciatis edam in area struis congerie lo-  
cant, velut in carbonis artificio: mox hac primum abietum, picearumque frondosis ramis & rindicis tecta circumdatae, tum  
deum terra septa, atque obstruita, ne quoque modo fluxo ac flammis pateat exitus, per foramen in cacumine paratum,  
ignem succendit edam, quoque ratione, qua & carbones coquuntur. Quare cum de sit locus, per quem flamma erumperet  
re posset, sentiatque ob id congesta mole maximum ignis ardorem, pix liquitur, & per area pavimentum confluenis in cana-  
lem circumpositam deficit, quia per alios canales inibi artificios peratos picem fluentem corruit in scrobis lignis afferibus  
circundatis, ne terra defluxam picem combibat: unde posset & dolia, & cadi, & vites implentur. Operis perfecti signum  
si roges decumbat, subsidatque, & liquor defluere deficit. Sic enim picem fieri vidimus a sylvicolis eam parantibus, qui  
quodammodo fecerit & videntur Theophrastum lib. ix. cap. xi. de historia plantarum, ubi eadem ferè ratione Macedones pi-  
cem uere latius tradidit. Pix liquida calefacit & cum Thure & Majifice, derafo occipito adhibita prolapsam col-  
mellam restituit. Picis facultas memoria prodicit Galenus lib. vii. simplicium medicamentorum, sic inquirent. Pix si-  
ca quidem deficat, & excusat secundum a medicis, sine fumatrix excepta: ac plus deficere potest, quam ex cala-  
cere. Humida vero contraria plus videlicet calcare, quam deficat. habetque nonnullam partem tenuitatem, qua & affi-  
maticos, & purulentos adiuuat. Satie est autem cyathis linixi se mensuram melius iste. Sed & abstergendi quandam uitam ibi  
bent, atque concoquendi, digerendique: ueluti & in gulis subarmanis qui obtinent, & acre. Si leprosos vngues exsint  
misla cum cera, lichenasque detergunt: & concoquunt item duros, & crudos tumores omnes cataplasmatis inditae. Ad  
ea omnia humida ualentior est: arida vero pix tametsi ad bac quidem effectu est, glutinans tandem tamen vulneribus magis con-  
gruit. Ex his etiame etiam est, bimido pici calidam humiditatem efficit effe adflamam. Meminit item Galenuspis fu-  
liginis lib. vii. eorundem simplicium ubi omni fuligine scriptum reliquit. Fuligo omnis excitoria est, ac proinde ter-  
ris est efficta, habens quafdam etiam ignis, qui materialiter combusti, reliquias: sed id pusilum est. Porro tota eius natura  
terrena est, tenuum partum. Sed que speciat in ea differentia sunt, ex propria materia eueniunt: ex acrio, &  
calidore, tali etiam proueniente fuligine: ex dulciore simili quoque & hinc fuligine proueniente. Primum enim thuris fuli-  
gine vntur, in ocularias medicinas misla, eas uidelicet, que ad oculos etiamnum phlegmone tentatos excommodantur  
atque etiamnum fluxione uexantur, & vulnera habent: nam & illa expurgat, & carnis implet. Ad bac usquequo quoque  
eam ad facultates, quas vocant calliblepharos. Preterea rebribinha, myrraque fulgo molieftia caret, non alter  
quam thuris: sed ityricis his quadam modo ualentior est: magis etiam in picis liquide, qua etiam magis cedri. Porro actioribus utuntur ad uita palpebrarum uocata pilis, & erosio oculorum angulos, humidoque circa phlegmone. At moliioribus  
mitioribus quoque tunc ad hanc, tunc ad eam, quod competere paulo superius diximus thuris fuliginem. His uero Græcis dici-  
tur. Latinis, Pix liquida: Arabibus, Eeris, Cefi, Zest, aut kir: Italis, Pece liquida: Germanis pix omnis, Beck: sicut &  
Hispanis, Pex negra: Gallis, Poix fondue, liquida tantum. His uero, & adiuuaria Græc vocatur, Latine, Pix fissa;  
Italice, Pece fissa: Gallis, Poix seche: Quod Græci παντανων, Latinis Picinum oleum dicunt; & Arabes kæfæ;  
Hispani, Azei de pez.

Hoc loco non & ab aliis id est, odorata, ut communis letio habet, sed iż-żuż, hoc est, viscosa legitur in Oribasij, 50  
codice manuscripto libro, xii. simplicium. Harum letionum que sit melior in probatione picis fissa, aliorum sit  
indicum,

Auctoritas.

BITVMEN.

CAP. LXXXIII.

a Non haber  
Orib.

**B** Itumen Iudaicum ceteris anteponitur. Cuius probatio est, ut purpuræ modo splendeat, sitq;  
ponderosum, ac validum odorem vibret. nigrum autem & fordidum, vitiosum est. Adulteria  
tum pice. Gignitur in Phoenice, Babylone, Zacyntho, & Sydone, J. Liquidum inuenitur in Agragante  
in Sicilia, fontibus innatans; quo vtuntur ad lucernarum lumina, olei vice. Hallucinantur, qui id  
Sicilicum oleum nominant; namque liquidi bituminis genus esse constat.

Auctoritas.

PISSASPHALTVM

CAP. LXXXIV.

a Ita omnia  
dolunt i meo  
& Dragoma-  
ni.

**N** Ascitur in Apolloniatarum agro circa Epidaurum, quæ pissasphaltos appellatur. Ea Ceraunijs  
montibus deuoluta impetu fluminis rapitur, & stuque in litus expuitur, illic coacta in glebas  
misum bituminis picem redolent.

Auctoritas.

NAPHTHA.

CAP. LXXXV.

**N** Aphtham uocant Babylonij bituminis colamen, colore candidum; inuenitur etiam nigrum.  
Vis eis ignium rapax, ita ut ex spatio protinus in eam transfliant. Ad suffusiones oculorum, &  
albugines

albugines vtilis.] Bitumen omne discutit, glutinat, emolliit, ab inflammatione tuerit, vulvarum praecedentia, strangulationesque olfactu, suffitu, impositu, emendat: comitiales morbos suffitt deprehendit, gagate lapidis more: purgations mulierum cunis vino, & castori potum elicit; tussim veteret, & anhelitum adiutor: serpentum moribus, coxendicuum, laterinque doloribus auxiliatur; datur celiacis in catopatio deuorandum: cum acetato potum discutit sanguinem concretum: dyfentericis cum ptfana liquatum infunditur: distillationibus suffusione medetur: mitigardentium dolores oblitum. Ceterum pilos incommodos siccum replicat, speculo impositum: concalcafactum autem, & cum farina hordeacea, nitro, & cera illitum, podagris, articulorum doloribus, lethargicisque prodest. Pissaphaltos eadem, quæ pix, & bitumen, si mifceanunt, potest.

- <sup>10</sup> L Egitum quidem Iudaicum Bitumen hoc quo (quod sejam) in Italiano non aduehitur: id nanque, quo officinae vtuntur, impoflura quedam est, pice, petroleo, & alijs nonnullis parata. Tegit mirari non licet, si id Dioscoridis historia minime refondere videatur. Optimum in Italias protinet in quadam lacu, qua Jordanus annis influit, qui ab urbe Hierico quindecim tantum milia passuum distat, si Brocardo fides habenda est, qui Palefina topographiam edidit. Nil verò aliud bitumen est, quam pingue quadam lacu illius aquis supernaturam, quod vnde ventus agitatione in latore concrevit, densatur, cois, tenacissimumque redditur. Nullum in hoc lacu ut Galenus testatur lib. iii. cap. xx. Simpl. medicamentorum animal, nullum surpis infaicit, neque usq[ue] ob aqua ingentem faldinem. Imò cum duo ingentia fluminia in eum confluant, in quibus p[er]ies numeri, præsternit in eo, quod prope terribenter fluit, quod Jordanum appellant, nullus omnino pescium fluminum offia excedit. Quinimum, codens antiore de his, quia in eum prœfiguntur, nihil mergitur, sed infor nauis, super aquam fertur. Quippe hoc esse uerum probari facile potest experimento, quod sensibus patet: nam vnaque que nauis levius admovit marinis, quam dulcibus fertur aquis. Proinde loco citato h[oc]c citio prodidit Galenus. At aqua, quæ ex lacu Syrie Palestina, quem alijs quidem mare vocant mortuum, alijs flagrum bituminosum, flagribus non falso modo, sed in anara est. Salem vero etiam habet ex se[re] natum, perinde subaerarum, primoque statim ap[er]tū vnde cum vniuerso mari tum candidior, tum crassior apparet, fasigna mera similitus: in quam si Salem myrias ne liquari quidem etiam possit: plurimum enim eius in se habetatis si quis in eam serget, continuo sale tenuissimo velut confervis, vndeque emergere consuetus. Quapropter etiam aqua illa, quam cetera marina grauior est, idque tanto pondere, quanto fluminali marina, itaque si volueris te ipsum desieris in profundum, ne sic pudorem deorsum ferris attollis, elevatus aqua: non sene quia natura levis sit, quod quidam veterum sphaeristis prodidit, sed ut censit. Aristoteles, propter gravitatem in flatu luti, que lenitor fuit, gesians. Proinde si hominem ligatis manibus, pedibusque in flagrum illius aquan conieceris, deorsum haud feretur. Qui verò scis naves in mari onera plura, quam in flumis circa submersione portare valent, cum dem in modum in flagno mortuis multo plura, quam in mari. Tanto enim est, quia in illo est aqua, marina grauior, quam in marina lacu, aut fluminali, nisi enim in salis subflentia, que terrea, grauior est. Ipsique ibi marinam, si lubet, efficere licet, pale in aqua fluminali colliquato, cognoscere quād grauior reddatur aqua eisfodi, quām sit dulcis. Quia & modumiam inservient, moderata ad salientem conficieendi salutinem, si cuum in ea videatur naturam ubi etiamnum sit, ac nondum super flagrum superficiem innat, aqua sa magis est, & dulcis: grauior verò salis est, vbi tanta est salis copia indita, ut amplius liquari, qui posset adiutor, nequeat. quam aquam si pudore non grauaberis, omnium aquarum compreseris grauissimam. Itaque ego quandoque inaneam esse diutius cuiusdam ambitu[m] ostendi, qui tantum in Italia maris mortui aquam deuenit, quæ citerum implere posset. Nam id ipsum ego expedite prestat, sale plurimo in aquam potabilis coniecio, hec Galenus. Lacus iste, quem aliqui mare mortuum vocant, illi quidem est, quem sacra testantur monumenta exortum est, vbi Sodoma, Gomorrha, dieque fintimata ciuitates celestisigne aborti, subversaque fuisse. Quod etiam Caleni auxititate comprobatur, qui eodem loco etiam lacum humi Sodomeum appellari scribit. Eructat continuo i[st]i[us] quidam Patriarcha Hierofolymitanus suis scriptis perhibet nebulos quodam vapores factorem intolerabilem vibrantes, qui populea ventorum flamine per conuales olim fertilissimas exagitati, perpetuan sterilitatem relinquant, ita ut longo terrarum spatio nec herba, nec arbores, nec illum sicut germeret proueniat, neque vire fecit, nisi iuxta Hiericum, ubi ab Elifice fonte irri gantur horae. T[em]p[or]is Plinius hunc lacum longitudine centum milia passuum excedere, latitudine maxima uiginti quinque milia passuum implere. Idem Pissaphalti inter picis genera meminit libro. xxiiii. capite vii. sic inquires. Est & Pissaphaltos nostra bituminis p[er]icu[n]ta natus alter ex Apolloniatarum agro, quidam aitem ipsi miscent. Afferunt ex eodem agro etiamnum hoc e[st]o: siquidem ex Apollonia Epiri, quam vulgo Vlalonam nuncupant. Vencias pissaphaltum propicandis naugis copiosum importatur: quippe quād p[er]icu[n]ta p[er]icu[n]ta, valentissime id maneris praefit. Nuper ex Dalmatia afferri caput, ubi prope Leptinam non longe a Narenta foditur; cuius amnis quidam mibi copiam fecit. Foditur & in Pannonicum nunc etiam tribus ferè militariis ab Iphr[ic]o repertis, vocarique Germanico (ex nomine Trichemblat, cuius portionem aliquam adhuc se habere fatetur, sibi a Georgio Colmitio transmissam, que successa bitumen ac p[er]icu[n]ta uerisimiliter redolent. Sed equidem uero, ne ipse quoque decipiatur, vna cum Georgio illo. In enim lapidem gazatum, qui ferè tribus ab ea ciuitate Germanica militariis ut Fuchsius inquit) in litora cuiusdam torrentis frequentissime reperitur, pro pissaphalto ostendebat. Sed illius error, dum ego in Iphr[ic]o essem, a clarissimo Ioanne Petro Mercurio medico R[ome]o, & a me pariter deprehensus est, quod lapis Germanica lingua Trichemblat vocatus, eti[us] lapidis gaga[ta] modo conflagret, & bitumen redoleat accensus; nonquam tamen ut p[er]ix, & alpib[us] igni liqueficit, sed ligni, ut teda modo comburitur. Præterea ultimum bituminis genus, quod Naphtham vocant, Plinius libro. xi. capite cviiii. in Asflagenis Paribus inueniri prodidit Naphtæ me[ti]o. tamque esse huic igni cognitionem, ut transflantum protinus in iohu[m] undecimque visum. Quod est in Italiana aliunde (quod sciam non inferatur; inibi tamen pluribus in locis id generis erumpit, quod eo idem cum igne præstat effectus quale est, quod in agro Muineni & alijs quibusdam in locis in Insula Cauri, petroleum, sive fæcum appellatum. Ceterum id quidem mirum admodum de petrolio omnibus videri debet, quod inibi narravit Posonij Vngario illustris comes Hercules à Contrarijs Ferrariensis, eo tempore, quo Maximilianus Romanorum, & Boemæ rex, Panonis coronam suscepit. Narabat itaque Comes suo quodam in prædio se putuisse habere, in quo una cum aqua petroleum distillat è terra meatus. At qui cum rime quedam in putes fundo hiantes exoriat, & quibus petrolio sive fæcum labebatur, cementarium fabrum se conduximus, dicebat, qui rimas diligenter obstrueret. At cum artifex sine lumine id præstare nequiret, laternam expostulasse, exinde illi in putes denissim eis per quā diligenter oculifam. Verum paulo post, eueniisse affirmabat, ut petroleum ignium rapax accensis p[er]petui parietibus, & impetuoso admodum excitato uapore, non solus cementarium artificem illum, perinde ac bombardæ extinctum sursum extra putum esculasse: sed etiam p[er]petui tellum totum in aera exiisse accensis lagena.

Bituminis  
consideratio.

Pissaphalti Iti  
consideratio

Tach. & quo  
randam lap-  
sus.


Petrolei cu-  
iustam histo-  
ria.

Braſa. opinio  
improbata.

legenis nonnullis petroleo plenis extra putei hofstium existentibus, quarum igne astantes quidam maxime lesi sunt. Hinc itaq;  
adducor omnino ad credendum, nil aliud petroleum eſe, quam Naphtah, bituminis colamen, de quo ſcripferat Dioſcorides,  
& Plinius. Sed ut redamus, unde dixi petrolem eſe, quam Naphtah, bitumen Sodomeum non nisi fictitium, vel impofitorum malitia adulteratum aduebitur. Proinde Braſavolus in fyceri defectu Mumiam à Mauritania uocatam ſubſtituit, quod certò cedererit, mu-  
miam eſe legitimum Palestinum aſphaltum. Quandoquidem exiftimauit, fecit tum Arabum, tum aliarum gentium corpora-  
ra, que pro munia ex Syria, & Aegypto Venerias defuerunt, cum ſint ex infima illius regionis plebeula, uice aloe, myrra,  
crocus, & balsami ex more Iudaico, dimitatax aſphaltu impleri: quid eorum pauperies aromatum ſumptus non toleret.  
Hoc fundamentū hinc ieciffe uidetur, quod Strabo literis mandauerit bitumen Sodomei lacus in vīa eſſe ad tutanda homi-  
num cadauera. Sed, quantum ipſe ex Arabum scriptis deprompsit, apud eos M V M I A potius eſt pifſa aſphaltum, quam

Mumia con-  
ſideratio.

## M V M I A.



aſphaltum: ſiquidom ſcribit Auncenna, mumiam eadem preſtare, que aſphaltus pice commiſtus. Ex quo facile coniſcere poſ-  
ſimus, cadauera illa pifſa aſphaltu tantum impleri. Cui etiam ſubſcribit Serapio, qui de Mumia diſſerens, ex Dioſcoridis au-  
toritate, eadem, que Dioſcorides de pifſa aſphaltu tradiſit, ipſe verbōtem ad mumiam retulit, ſic inquiens. Mumia eſt in  
terris Apolloniae: de ſecedit nanque ex montibus, qui ducent flumina cum aqua, & ejicit eam aqua fluminis in ripis, & eſt  
coagulata, & fit ſicut cera, & habet odorem picis miſte cum aſphaltu cum aliquo factore: & virtus eius eſt, ſicut picis, &  
aſphalti miſtrum. Vnde potius aſcerendum pitaſtrum, noſtrum Mumiam eſt pifſa aſphaltum, quād aſphaltum. Et quanuis  
dicat Strabo bituminis Iudaici pīam fit iſe ad cōfervanda cadauera; non tamen negat, quād bituminis pīam admifcent, bat  
que pifſa aſphaltum faciliū. Verū Serapio, & Auncenna has miſtria optime nōuerant, utpoſt quibus non modo Syri, ſed  
& genit. Mauritani reverentur. Quo fit, ut Braſavolus tententiam non probandam exiſtimem, quod ſilicet vulgaris Mu-  
mia bituminis loco in componendis medicamentis ſubſtituat. Nanque Mumia preterquam quod eſt (ut puto) nucrum ceru-  
ſaſphaltum, uel aſphaltum pice miſtum, concepit deuentum hominem, quād continuo eadauera in ſepulcris liquatur. Ex  
quo credendum eſt, eam non parum ſuam immutatē natrem. Porro fatus dicerem Galenū, & Paulum conſulere, qui in  
ſuccidaneis, ſe deſtit aſphaltus, pīam liquidam ſubdunt. Ceterum notare conuenit Serapionem Mumiam Dioſcoridis pifſa  
aſphaltu adieciſſe, ut quād aliquam inter ſe cognationem haberent, abiuſim non diſtingueret: non enim erat nefiſus, huic  
ſemodi cadauera pifſa aſphaltu impleri, quād modum myrra, croco, aloe, ac etiam balsamo ſimilis admifſis implebantur:  
que uerā traſit temporis conſificient mumiā, cuius memini ciudem capiti initio, hi uerbi. Mumia ſepulcrorū fit e  
myrra, aloe, alijsque rebus hi additū, & humiditate, quād exudant humana corpora. Veruantur hac noſtra tempeſta  
te Italiam haudquām aduebitur: quippe quod hac miſtione nulla earum regiones cadauera prater nobilium, ac diui  
tū condīt antur: & bi quidem ſepulcrē babē ſibi confiſta, diligenterque oculata. Idcirco non ita ſcīlū iſtorum corpora  
ſuripiſiſunt à mercatoribus illici profeſſi, ut minori tum diſtincti, tum ſuſiſione auſteri poſſunt pauperum, & igno-  
bilium, aſphaltu pice miſtum, uel ipſa pifſa aſphaltu conſarſia. Ideoque a eriſſime falluntur, qui pro legitima Mumia areſtātan-  
tiuſmodi cadauera carnem affiſmat, non autem corūn infarctum, elius replaſtariorū quām plurimi, qui carnes & os-  
ſa contiſtūnt, eaque medicamentis admifcent, queā mumiā expouſt. Nec eſtimū igitur eſet legitimum mumiā experien-  
tibus ut in hospitalibus noſtris cadauera obueniūt aloe, myrra, & croco repleti curarent, canique deinde ſuo tempore exi-  
mi. Hanc tamen noſtrā tententiam pluriſi refellere contendit Petrus Bellonus Cenomanus, vir ex eo fortaſe peritus in-  
dicandus, quād profeſſatur ex Aſian, Græciam, Syriam, Aegyptum, & Arabiam peragrat. Quippe qui dute, non alian  
eſt Mumiam apud Græcos, & Arabas, quād pifſa aſphaltum. Sed quod eius arguenda non ſint tantū momentū, ut oppo-  
ſitum nobis perſuadere poſſit, & quod potius idem hallucinetur, in epibolis, quād conſcribere inſtitui, adiuuante Deo, la-  
tius ſtendam. Vbi etiam plurima eius errata attempuerunt, queā libelli, quos tum de medicamentis cadauera ſeruantibus,  
tum de reſiſteri arboribus, tum etiam de pīcibus condidit, legendō adnotauimus. Quandoquidem noſtrum in primis in-  
ſtitutum non eſt in his commentariis noſtris ad vnguentu ueri ſententias, arque ab erroribus, quibus notati erimus, nos vi-  
dicare, ſed quantum poſſimus materialē medicam a mendis expurgare, canique illuſtriorē reddere, & in priſtimonuſ  
reſiſteri conauir. Porro Mumia, de cuius uiribus iam nobis diſerendum eſt, (ut Arabes tradunt) quām plurimis pol-  
let facultatiſ: ſiquidem ſecundo ordine tum ſiccata, tum exalſfacit: capiſti dolores frigiditate abortos abſque humorum  
preſentia mulce. Medetur hemiſtricta, & paralyſi, oris diſtrictiōniſ, contiſtilibus, vertigoſiſ, ſi ex amaraci aqua-  
nariis inmitiatur. Leuocij oleo, ſue hyoſcamino grani pondere ſubſtaſt, ad aurum dolores frigidos vitiliter in earum cō-  
cavitatem inſiſtundat. Prodeſt quatuor granorū pondere ex thymibꝫ decocto reſoluta, gula cruciatibꝫ. Epota ex qīz-  
pharon, hordei, & myroxylon decocto tribus diebus continuo, ſufficiens ut opena non modican prefat. Granorum item  
quatuor pondere ſiemp̄ta ex aqua menthe cordis affectus removet: cum decocto verò cumini, ammi, & cari, tum ventri-  
culi, tum infeſiorū ſtatiſ diſentit. Bibitur utiliter ab alto deuolitus ex filique Aegyptia medulla, additis Lemnia ſpī-  
giſde

gide, & rubis radice. Hanfia trium, uel quatuor granorum pondere singultum inhibet, si tamen ex cumini, & apij decocto affimatur. Erinis imposta, additis mochis, caftore, caphra, & oleo balanico, naribus commode inditur ad diuturnos capitis dolores, praefertimque eion, adhibitis alijs, contumax morbus non soluitur. Gargarizatur cum oxymelite aduersus anguinam: & ad lienis affectus ex cari decocto utiliter bibitur: contra lethalia uenena ex decocto tribuli marini, & feridi lariperi gummii uolumen non medico fonsit, item ex mero contra scorponium iictus libitur, ieiisque locis cum recenti bubulo butyro utillissime imponitur. Adstringit mummia illata externa fanguinaria, pota vero interna: proinde perutilis ad cruentas excretiones. Ex capillo latte pota opitulatur exasercente vesica, internis penitus deflagitationibus, & urinam agre continentibus. Non debet qui credant, humaniorum cadaverorum offa in pulucrem redatta, & in potu exhibita varijs corporis languoribus prodeft, sicut vniuersitate membro tribuit. Quod penitus refellendum non est: si quid ipse pluries uidi in comitabili morbo cranium humanum in pulucrem redactum maxime proficie, sicut etiam calculosi renib. & eorum doloribus. Sed ad Bitumen redemandus, quod nos penitus difunxerat munia, ne a nostro infiituto recedamus. Huius meminit Galenus lib. xi. simplicium medicamentorum, sic inquit. Bitumen, vnu & ipsum est ex ipsius que in aqua marina proueniunt, & in alia quaquam, que non est marinum diffimilis, ut in Apollonia Epiri, & per alia genus loca, multis aquis sponte nascitibus, seu prima quedam immatura hoc medicamentum reperitur & mole quidem est, dum innata, postea vero resuscitatum pice fessa durus efficitur. Optimum vero bitumen in mari, quod mortuum vocant, prouentum. Est autem id flagrum saltem in celo, hoc est causa, Syria. Caterim medicaminis ipsius est tum resuscitatoria, tum excaffatoria in secundo ordine. Merito itaque eo ututur & ad glutinaciones vulnerum, & cruentorum, & ad alia omnia, que excavari debent cum modica excaffatione. Nomen eius Gracum est Λαριστός: Latinum, Bitumen: Arabicum, Hafraf Heudi, sive Chefer alibid: Italicum, Bitume, & Asphalt: Germanicum, Iudeu leim. Λιθαργάτος però sic Graeci dicitur, Nomina.

20 ut Latinis Tiffashphaltum: Arabibus, Mumie, Mumiae, seu Mumia: Italii, Tiffashphalte: Hispanis, Cera de minera.

## KINDS OF

## CYPRESSVS.

## CAP. LXXXVI.

**C**ypressus refrigerat, & astringit. Cuius folia ex passo, & exiguo myrra pota, vesicæ rehumatis, & urinæ difficultati auxiliantur. Pilula autem ex vino tuſa in dyfenteria, alii fluxione tussi, & orthopnoea, aut si reiiciatur sanguis, conuenientissime buntur, earum decoctum coſdem p̄bet effectus a tufa cum fico duritias emolliunt, nariumque polypo medentur in aceto cocto, & cum lupinis detrecte (cabros vngues ejiciunt) hermias interfroniu prolapso erumpentes illitu reprimit. Folia eadem præstant. 3 Pilula cum arboris coma suffitæ, culices abigere existimantur. Folia tria, & impolita vulnera conglutinant, sanguinem supprimunt; tria ex aceto capillum tinguunt; illinuntur per se, aut cum polenta ignibus frictis, viceribus que serpunt, carbunculis, & oculorum inflammationibus: admota cum cerato stomachum corroborant.

**T**ameſi Cupressus arbor notissima sit in Italia: quia eti vulgaris sine notiis eius fructus, quos tam Graeci, quam Latini conos appellant: attamen cum nihil de eius historiæ memoria prodiderit Dioscorides, ut lectoriibus undeque sit satisfactum, hic nobis de ea differendum est. C V P R E S S V S itaque dum est generum. Quorum alterum mas est, alterum feminam appellant. Hac metam in sagittum accuminatum dicens, illa uero ramos in latum spargens, utraque procedet a plantæ retorta ramos in summite tantum habens. Folij est Sabina bacifera viridioribus, ac longioribus. Conos editi in anno, lariçis similes, crassiores tamen, duriiores, compatiiores, speciosioresque, in quibus semen. Fundis caudex resinam, sed modicam, Terebinthine haud absimilem, & facultate ferre ciuitatem. Ligna materies solidia, compacta, & odorata, sanitatorum ferè modo. Aduenia ritus quandam fuit Italia Cupressus, & difficillime nascitum, nativè morosa, & quia in educatione plurimam diligenter expetata, & præferunt in locis, ubi suape natura non prouenit. Tradiderunt ueteres cupressum Diti sacrum: & idonei funeris signo eius ramos ante domos ponere solebant, ubi aliquis defunctus iaceret. Ex quo more creditur eius umbra insensa, nec quidem gratiosa. Cupressi patria, ac proprium natale solum Cretainfusa est, namque inibi quoconque loco terra monetae subfalsaque sit, nisi ferantur alia, has sua sponte gignit, atque protinus emigrat. In Idaia etiam montibus, qui ad Troadem spectant, non appellato solo, Cupressus numeroq; sponte profilit. Quod admiratione non vacat, alibi non nisi tempore, & perquam diligentia cultura proueniens, & cultorem magnopere fastidens. Oderere cupressi flumina, lacus, omnesque aquos tractus, qui sit, ut in eiusmodi locis fate confitimus inarefacit, Quod si recte sciuffet Adamus Lonicerus, non tam facile (ut puto) cripifiset, cupressum humidis gaudere locis. Aperiuntur & fumum, quo etiam, si circumfossa impletatur, non multo post tempore percunt. Mira est Cupressi secunditas: etenim trifera est, colligentur eius cum mensibus Ianuario, Mayo, & Septembre. Semen ipsi innascitur, granis adeo pulsilis, ac minimis, ut atomis comparari possit: ob id enim agre perpicitur. Non omitendum nature miraculum, ex tam parvo semine gigante tam proceras arbores. Semen mire formicis experitur, ampliato etiam miraculo, tantuſ animadis imbo abſum natalem tantarum arborum. quod sit, ut fructifer. Cupressi nūquam formicis sint defititae. Cupressus perpetua come viret, eiusque materies nec cariem, nec vetustatem sentit, vt etiam cedri, ebeni, loti, taxi, buxi, & olei. Próinde veteres non aliam ob causam ex cupressina materie simulacra/ceulipebant, nisi quid ad aternam diuturnitatem permanfera putarent, veluti Romæ illud Louis in aere. Fert & Cupressus liquidam refrinam largine similem, sapore uero acerrinam.

60 Reliqua feminam tradunt, foliis cupressi tuſis si misceantur a vernicis quibuscumque non tangi, neque erodi. Lignum autem (ut ait) nulla temporis diuturnitate suauolentiam exigit. Conorum decoctum ex aceto paratum dentium dolores mulcet, si eo sepe os collutatur. Idem quoque præstat foliorum decoctum. Hoc quoque medicamento utiligines curantur. Eoruendem & mulorum unguum cintis, oleo Myrra exceptis uader illius ad capillorum defluvium. Iudem ( vt Marcellus inquit) impari numero minutissime tritæ, & ex uno ueteri hauſti, tuſſin potentissime leniunt. Recētes, viridiq; coni hennos magnopere inuant, si eorum decoctum ex vino ueteri paratum, quotidie affecti biberint trium unciam pondere. Interim tamen folia cupressi tritæ reticulata illinenda sunt, et enim hoc auxilium multis experimentis comprobatum. Idem præstant tenera arboris germina communia, ita ut eorum succus deglutitur. Sunt quā pūſſilum cupressum, nonnullis etiam Cipresso rugido dictam, abrotanum feminam uocent, & similitudine, quem hinc cum arbore in multis habet. Idcirco nec fortaſſe aberrantes qui certo credentes, Plinio libro xxi. capite xv. de chama/cypariffo herba differentem, de hac intellexisse: præferunt etiam tradas, ipsam ex vino potam contra serpentum omnium uenena, scorponiumque iictus pollere: siquidem & nostra hac estate abrotanum feminam ad idem usurpant. Quod item ad alii tinea necandas bellarijs immiscent, ut

Bituminis hiſtor. & vites ex Galeno.

Cōcluſa nō legit antiquā manu ſcripū exemplar fed meum, & Ca tag, hac omnia habent.

Adami Lon-


ecti laſpus.

Cupressi folia.



arte pueros ad comedendum allicitant. Heterisci hanc Santolina vulgo nominant, de qua cum libro tertio in abrotoni mentione nobis latius sit differendum, hic plura dicere supereracaneum est. Cupressi meminit Galenus libro viii. simplicium mendicamentorum, sic inquiens. Cupressi folia, germina, pilula recentes & molles magna vulnera conglutinant in duris corporibus: ex quo clarum est, quod ressecandi unum habet abique infigi acrimonia, aut caliditatem, sicut certe & gulfus testificatur. Apparet enim in ea leuis quidem acrimonia, ed plurima amaritudo, multoq; etiam plus acerbitate in tota planta. Tanta ei inefl acrimonia caliditasq;, quanta satis sit deducenda in altum acerbitat, ac nullam tamen mordicationem, aut caliditatem in corporibus efficiat. Proutde in alto latentes in flaccidis, putrefactis; affectibus humiditates innoxie, tuncq; depastur, atque absunt: eis que ex calcantium stimul, defiscantq; eas quidem quis contenta sunt, absunt, ceterum acrimonia, & caliditate alias attrahant. Sic enterocelicos iunat: siquidem exsiccat, roburque addit corporis partibus pre humiditate laxis, utpote cum adstrictio in altum subeat, deducente ipsa caliditate, quia admisla est, eum fervante modum, ut deducere quidem ualeat, non tamen mordicare queat. Quidam ea utiuntur ad carbunculos, & herpetes polenta mifentibus, tanquam abfomat circa excalcificationem eos morbus facientem humiditatem. Sunt qui ad erysipelata uariant, admisla nimis polenta cum aqua, aut oxyctato aquoso. *Cupressus* Græce vocatur: Latine, *Cupressus*: Arabicè, *Saro*, aut *Seru*: Italicè, *Cipresso*: Germanice, *Cypresen*: Hispanice, *Cipres*: Gallicè, *Cyprez*.

Nomina.



a [A]ndulis

IV NI PER V S.

C A P . L X X X V I I .

**I**vniperi genera duo , altera maior , altera minor . vtraque acris est . Excalfacit , & vrinam mouet ; ac censa serpentes fugat . **b** Baccarum nonnullae nucis luglandis magnitudine nonnunquam grandescere , alia nucem Ponticam æquare inueniuntur , rotundæ , odoratæ , in mandendo dulces , subamarœ , quazareuthides etiam id est , baccæ juniperi , nominantur . Modicæ calfaciunt , & adstringunt , stomacho vtilest : contra pectoris vixia , tussim , inflationes , tormina , & serpentium iætus efficacissime bibuntur : vrinam carent , vnde rupis , conuulsis , & vuluæ strangulati subueniunt . **c** Folia acrimoniam habent : ideo tam ipsam , quam corum succum ex vino contra viperarum morsus illini , aut bibi profest . Corticis cinis cum aqua illi tus , lepras eximit . ] d

τὰ καρπούς τὸ μέτρον κατὰ καρπούς πεντακόσιον τὸ μέτρον εἰσιν . Καρποὶ δὲ καρπούς εἰσιν τὸ μέτρον τοῦ μηνὸς τοῦ μηνὸς . Πρoutum fructum magnitudine nucis pœcile , reperitur & habe sequatis . Sed Cataç , primo loco habet καρποὶ simpliciter . Secundo vero καρποὶ συρτικοὶ . **c** Conclusa defun in meo , sed Cataç habet . d Cat . addit . τοῦ μηνοῦ τοῦ μηνὸς πεντακόσιον . Lamenta τοῦ ligni deuorata interficiunt , quia etiam ad ultimum caput de juniperō maiore hunc in modum . **A** [A]ndulis ruris id est καρποῖς δὲ τοῦ δὲ πεντακόσιον . Καρποὶ δὲ τοῦ καρποῦ τοῦ μηνοῦ τοῦ πεντακόσιον , έπειδὴ καρποῖς τοῦ πεντακόσιον εἰσι . Id est . Juniperus magna , que & Cupressus syuestris & mesticetus dicuntur , Romanis Juniperus , platinis cognita , similiis est cupresso . Nascit plurimos aperis & maritimis locis . Easq[ue] habet nires cum predicta .

a Antiquus codex haberet.  
tepi A'sedibn  
mūdī ca. tepi  
A'padiblīr  
poyans in  
multis antiquis codicibus  
reperiuntur.

b Meum &

Drag . reu

**R**erperimentur Graci Dioscoridis codices (ut etiam adnotatum reliquit Marcellus) in quibus Iuniperi caput prorsus de praeuatione legitur, quibusdam additis, que Dioscoridis doctrinam minime sapiunt. Siquidem nec Galenum, nec item Paulum Aeginetam, minusque Serapionem, qui tam herbarum Dioscoridis scripta per capita singula referit, illud usquam posteritatis memoriae prodidisse constat, quod scilicet ramenta ligni Iuniperi epoxi homines perdant; præsertim cum eius bacca contra serpentum ut sit efficacissime denocatur: bubaturque, ac illincim solitorum expressus succus ad viperarum mortis. Adde etiam quod factio pericolo id omnino falso est reprehendatur. Quare non modo non crescendi, sed ne cogitandam quidem, ciusmodi ineptias à Dioscoride scriptas: quia potius illi adscriptas esse existimandum. Siquidem cum Oribis, qui Plantarum historias per quam diligenter ex Dioscoride transcribit, Iuniperi historiam prætermittit, id quidem manifeste indicat hæc omnia esse Dioscoridi adulterina. Nam scriptis Dioscoridem, maiorum Iuniperi fructuum haberi nucis angländis magnitudine, alterius vero nucem ponticas equare, nihil est quod me adducat ad credendum, & præsertim cum de re hac tam naria sint lectiones. His ergo rationibus adductus, non tenerè partem illam, utpote additionem, ex hoc capite resecandam duxi. Sed non defini recentiorum quidam, qui ut noui aliquid in medium afferre videntur, Dioſcoridem Iuniperum contendunt, nil aliud esse quam Theophrasti cedrum. & erroris in hoc Dioſcoridem accusant. Sed ita potius videtur somnis describere, quam vera, ut facilius cuiquam palam fieri, qui diligenter Theophrastum perlegerit. Habet enim is duo dredigenera, alterum lycum, alterum Phœnicum, de quibus in Iuniperi nibil meminit Dioſcorides. Sed maiorem & minorēn Iuniperum describit, non lycum & Phœnicum ex Theophrasto, ut non bi censori soumiantur. Maior, & minor Iuniperi species in pluribus Italia locis reperitur. Tunc tamen urbana alti, quæ in procera arborum affluit, viuenturque he frequentes in agro nostris Senensis: quarum fructus fylestribus & cassifloris, & dulcior habetur. Folio traçato eſt aculeato, coriari Rofmarini effigie, angustiore tam. Ligni materies ad ceteros annos incorrupta perdurat, proinde ut Hannibal, vt Plinius tradidit libro x v. cap. XL. templum Diana Ephebe Iuniperis tribus extraxit, quod per multas statas effecit 20 raurum. Igitur mari non licet, si chymisti aſſeuſerant, carbonem Iuniperum accensum, & ſuo cinere obrutum ignem integro anno forever. Profert ex ſe Iuniperus gamma, malistiche simile, quod Sandaracham, & Vernicem appellant. Hoc primū cum metuere, candido pleniscente colore, ſenescens verò in rufum abit. Porro hanc ignorandum eſt, banc Arabum sandaracham à Dioſcoride sandaracha perquam longe diſſideat. Namque Græcis, sandaracha eſt foſſilis ad arsenici, ſue auripigmenti genera referenda, crodens, & extitide medicamentum, ut amplius in quanto libro, Dco ducet, dicimus. Verum hec sandaracha a nomencalio in gemmi Iuniperi inuenita fuit à mediciis, qui Mauritanos ſecuti sandaracham Arabicum nomen (ſic enim Arabes Iuniperi gamma uocant) in sandaracham conuerterunt. Quonamobré illud adnotandum eſt videtur, quod rbi Arabes, sandaracha medicamentis inferendarum eſt precipuum, gamma Iuniperi immixtum intelligent: rbi verò à Græcis de sandaracha fit mentio, foſſilis illa rufa, & auripigmento ſimilis eſt intelligenda. Non defuit tamen qui velint Mauritanorum Sandaracham non eſſe gamma Iuniperi, fed Oxycedri. Quorum equidem iudicio aſſimilare ſubſcribere, 30 etenim pauca admodum ſunt, qui non putent oxycedrum eſſe Iuniperum maiorem: adeo ut plerique vulgariter illam ab hac neſciant diſtingueret. Tradit Plinius libro XIII. cap. XI. plura gamma genera, ubi gamma Iuniperum ad nihil illa eſt vtile scribit. Cuius tamen frequens rufus in medicamentis contrarium indicat. Quippe hoc syncero, & oleo ex lini ſemine preſo, furvix liquidus: cuius eſt rufus ad illuſtrandas pitturas, & ad nitorem ferri conciliandum: ut illic etiamnam ad amicta, & praecipuis ad dolores, & tumores hemorrhoidium. Sicca verix, hoc eſt gamma Iuniperi (ut author Serapio) deſſillationes ſuſpendit, mensium profluvia ſiftit, ſinus exiecat immiſtis, haſtaſ verò pituitam, que uentriculo, & intelliſtis hoſſerit: tineaſ & catæ uentris animalia necat. Neronius resolutionibus, quæ humores frigidū contraxerint, opitulatur. Capitis diſſillationes ſuſſuſ difſicut. Idem exceptus anguini excretiones ſupprimit, & hemorrhoidas fluentes illius. Addito tum roſaceo, tum myrrino ſediſ rīmas coeret, & bianthinus frigore manuum, pedumque ſcieris illius ſuc- 40 currit. In ſumma calciſt, & ſiccas primo receſſu. Sandaracha igni adnotoſ ſumus dentium dolores muſet, ubi per inſtitutionem ad effectum dentem peruererit. Eiudem puluis quoſ albo ſubactis, & fronti temporibusque illitus, ſanguinem naribus fluentem ſiftit. eſt & Sandaracha ceraginei mellis genus apud Pliniū, quide ex libro XI. cap. V. illa ſcribit. Præter hoc conuehit Eribace, quam alij sandaracham, alijs carinatum uocant. Hic erit apum, dum operantur, eblis, qui ſe impene- nit in ſuorium ininitiatus ſepofitum, & ipſe amari ſaporis: gignitus rorē uerno, haſtenus Plinius. Ceterum oleum, quod ex Iuniperi materie (ut chymisti dicunt) per defenſionem duobus aduersis ſiſtilibus, tum pariter uirtutis inſtrumentis elic- tur, calidum ore contentum dentis dolores mirificē mudeat, ſi tamen frigida defluxione afficiantur: Fix ex bacis hoc longe praeflantius, odore perquam inſcio, dulcior & baccarum Iuniperi decoctum potum ualentissime pellit menſes. De coquitu- tur quoque Iuniperina bacca ex vino albo prius conoſſa, vna cum roſis, cupoſ ſuſſis, & myrti ſolijs rufiſſime ad dentis dolores. Siquidem hoc decocto calido in ore contentum facie uuantur affecti, & præſertim addito aq[ua] uite momento lixiū ex vino albo, & Iuniperino cinere paratum, unciam quatuor aut quinque pondere potum, valentiſſime pellit urinā, ita ut nonnullos uiderim hydroponicis hoc tantum auxilio sanatos. Idem ſciamen ſanat ubi eo affecti ſeſe perfundant. Paratur ex Iuniperina ligno balneum admirabilis facultatis ad podagrae hoc modo: ſummo ligni Iuniperi, conciſ lib. xij. coquito in aqua in cortina magna, quoſ ſuſſuſ terita tantum pars perferat. Deinde decoctu ūna cum ligno in labrum proicitur. In hoc ubi deſcenderit aq[ua], ſedeat umbilicotenus, & membra languida ſoueat. Atqui hinc præparatum eſſe oportet: Hoc enim balneum nonnullos podagraicos in Boemia uidimus in leſtū ſacentes, perpenetrato dolore, nexato, qui reuelo aduocato, ut ex diſtore ſati, ad negotia redierint, quoquoliber ambulantes. Iuniperi & lauri cuique ſeptem bacca addita caſte lignis vulgaris ſemirachma, & cinnamoni drachma, ſi in Turturis uentreſ integrā omnia coniūciantur, & Turtur deinde abſtutus, & gallinaceo adipe perſuſus, mulieris prope diem parturie, veſperi alterius diebus, deuorandus prebeat, prægredi- cilline puerpera fiet. Iuniperi meminit Gal. lib. VI. ſimp. med. ſic iniquens Iuniperis, calida, & ſiccus, utrinq[ue] tercijs ordines. 60 At fructu ſimiliter quidem calidus eſt, fed non ſimiliter ſiccus, verum in hoc primi fuerit ordinis. Arbor Greca voce deputata dicta, Latina Iuniperus appellatur. Mauritana, Arconas, aut Archenas: Italicā, Gincpro: Germanica, Yuekholter, & Kramerbaum: Hispanica, Enebro, Gallica, Geneure, Boemica Idaſuwoe. Eius antem gamma Graci, uocant, xiiij. ſept. iij. Latini, Gummi iuniperi: Mauritan, Sandarach: Itali, Gomma di ginepro: Germani, Vernis: Hispani, Vernis: Galli, Vernix.

